



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Membrum IV. De Loco.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

modestiam, & humilitatis ac devotionis exemplo edificet. Nihil autem loquatur, nisi de ijs, quæ ministerium pertinent, idque paucissimis verbis. Aliquando profuit huic Ministerio illum deputare, qui notus ac familiaris fuit Exercitanti; hoc enim juvat non solum ad consolationem, sed etiam ad profectum Spiritualem, quoniam aliqui interdum confidentius se aperiunt Amicis hujusmodi, quam ipsi Instrutori, si cum nunquam antea norant.

II. Secundò requirit, ut sit Instrumentum Directoris, eumque de omnibus, quæ circa Exercitantem aguntur, & ipsam Directorem nosse debere prudenter judicaverit, certiores faciat.

III. Tertiò requirit, ut ipsi Exercitanti inserviat, componendo lectum, cubiculum verrendo (quæ duo ferè tempore Missæ exequetur) victum, aliâque, quæ opus erit, munda & apta offerendo, magnamque semper charitatem, & diligentiam præferendo; atque inter alia meminerit, etiam pro ipso quotidie orare.

M E M B R U M I I I.

De Collocutoribus.

Ad hos duo requirit citatum Directorium c. 6. n. 3. Primò, ut sint maturi & discreti, qui Exercitantem tam exemplo, quam sermone edificare, & honesto utilisque colloquio recreare in Domino queant. 2. Ut nullum cum Exercitante nisi utilem, & quidem de Spiritualibus rebus sermonem instituant, nullâ tamen significatione, quòd cum ad hunc vel illum Statum impellere velint. Nam præterquam quòd vocatio debeat esse libera, & à DEO venire, ipsi etiam, qui in hac deliberatione versantur, si id intelligant, vel suspicentur, eò magis retrahi solent, & contrà, ut experientia sæpe ostendit, eò magis incitari, cum in Directore, Collocutoribusque nullam cupiditatem talem animadvertunt.

M E M B R U M I V.

De Loco.

Etiam hic, cum aliquo modo serviat ad Exercitia melius facienda, inter causas Instrumentales latiori in sensu numerari